

nulla est dabilis creatura æqualis Deo in perfectione, ergo repugnat, Deum talē facere. Major patet. Minor probatur; nam aliā illa creatura est Deus; nihil est enim æquale Deo in perfectione, nisi ipsemet Deus.

Quinta.

Quinta. Omne corpus potest moueri saltem diuinūtus, sed si daretur corpus infinitūtum, repugnaret quod moueretur; occuparet enim omne spatiū; spatiū autem in quo mouetur mobile, debet esse maius ipso mobili, ergo repugnat dari corpus infinitūtum.

Sexta.

Sexta. Omnis res creata debet esse certa, & determinatae alicuius speciei, sed nulla res in finita est alicuius determinatae speciei, ergo nulla res creata potest esse infinita: Major patet; minor, probatur, quia nullum infinitūtum est determinatum, sed quod est alicuius speciei, est determinatum ad illam, ergo nihil infinitūtum est certa alicuius, & determinatae speciei.

Septima.

Septima. Illud quod ad certum finem reduci debet, debet quoque esse finitū, & determinatum, sed omne creatum ad aliquem certum finem dirigitur ex intentione agentis, ergo debet esse determinatum.

Octava.

Octava. Nullum quod non est ens purum potest esse infinitūtum, sed nullum ens creatum potest esse ens aut actus purus, ergo nullum ens creatum potest esse infinitūtum: Minor patet; major probatur: quod haberet potentialitatem actualitati admixtam, per illam limitatur; nullum autem limitatum est infinitūtum.

Nona.

Nona. Omnis quantitas, sive continua, sive discreta, habet primum & ultimum; at in infinito nullum est primum, nullumque ultimum, ergo nulla quantitas potest esse infinita: probatur maior; illud habet ultimum, ultra cuius ultimam partem, & omnes alias eius partes nihil potest sumi, sed in qualibet quantitate ex cogitabili ultra eius ultimam partem, & alias collectivae sumptas, nihil potest sumi, ergo qualius quantitas est finita.

Decima.

Decima. Sint infiniti homines, & designem Petrum, & Paulum &c: quero inter vtrumq; vel est distanta finita vel infinita: si finita, ergo iam non sunt de illo numero infinito, quia inter partes infiniti est distanta infinita: si infinita est diffinientia: ostendo quod non; nam suppono inter Petrum & Paulum esse contiguitatem, illosque esse sibi immediate vicinos.

Undecima.

Undecima. Nullum infinitūtum habet terminum, sed omne corpus necessariō postulat terminum, ergo nullum corpus potest esse infinitum: maior patet; minor probatur: quod habet figuram, est terminatum, sed omne corpus habet figuram, ergo est terminatum.

Duodecima.

Duodecima. Habens determinatam natum, habet determinatam quantitatē, sed omne creatum debet habere determinatam natum, ergo & determinatam quantitatē. Confirmatur: non est dabile minimum actu in infinitūtum in quantitate, ergo nec dabile maximum actu in infinitūtum in quantitate.

Decima tercia.

Decima tercia. Vbi est tantum, vel quantum ex natura rei; ibi est determinata quantitas, sed omnis res de se est tanta, vel quanta, ergo omnis res ex natura sua est determinata quantitas, ergo nulla res potest esse infinita quantitatis.

Plurimas ex prædictis rationibus afferat Auerſa in Philosophia naturali quest. 24. & eas solvit; sed ita prolixè procedit, vt cediosus sit, & ideò magis in forma à nobis proprie fuit & succinctè, & in Clypeo 4. evidenter soluenda: postea verò alias afferat Auerſa quas infolubiles reputat: an autem res ita se habeat, videndum est; ideoque iam quasdam adducemus & Clypeo 4. examinabimus. Ponit ergo primo loco illam possum posimus secundam in hoc Clypeo: postea alias afferat, si ergo.

Decima quarta. Detur linea infinita, & dividatur, quilibet pars erit finita, vel infinita; si finita, ergo linea ante infinita constabat ex partibus finitis: si infinita, ergo duas dabuntur lineæ infinitæ, sicque rectè concludet argumentum secundo loco positum; & dicendum erit quod ex uno infinito fiat duplex infinitum. Alter quidem procedit ratio Auerſa, sed ex solutione huius, habebitur solutio ad eam, quam vide et apud Auerſam, quæque est eius secunda præcipua ratio contra infinitum in magnitudine.

Decima quinta. Detur infinitum in magnitudine: quare, an sint plures palmi quam vlna in illo infinito? certè dicendum est affirmativè, cum in vlna sint plures palmi, ergo infinites, infinitum palmarum superabit infinitum vlnarum; quæ omnia repugnant sensu communī. Idem fit argumentum de infinitis hominibus, quorum quilibet habet in quolibet suorum digitorum unum annulum: essent quidem infiniti homines; quilibet autem habet decem annulos, ergo infinitas annulorum nouem vicibus superare infinitatem hominum.

Decima sexta. non potest exhaustiri potentia Dei ad extra, sed posito infinito v. g. infinita lapidum, Deus non posset amplius producere alios lapides; alioquin eos producendo, adderet aliquid infinito; infinito autem nihil potest addi.

Decima septima. Deus creet infinitos lapides, quorum aliqui sint albi, alii nigri: afferat postea omnes albos? an reliqui occupabunt totum illud spatium, quod occupabant nigri? Patet quod non; ergo non occupabunt spatium infinitum: si occupent, videbitur etiam hoc repugnare; nam posito quod quilibet lapis fuerit palmaris, vnum lapis palmaris occuparet locum bipalmarem, quod implicat.

Decima octaua. Si possint fieri infiniti lapides v. g. versus orientem, possunt etiam fieri infiniti montes: Item infiniti mundi, ergo infiniti lapides occuparent idem spatium, quod occupant infiniti montes; & infiniti mundi non occupabunt alium locum, quam quem occupant infiniti montes; quæ omnia videntur inuolueri repugniantia.

Decima nona. Dentur duæ infinitates diuersorum entium, vt puta hominum, & lapidum; illæ duæ infinitates correspondebunt ad inicium; attamen ex vna extrahantur mille; fibi ne correspontebunt tune? si dicatur quod sic, statim contrarium appetit; nam ea non fibi adequate correspondunt, quando ex vno extractur aliquid, non verò ex alio; attamen ante extractionem erant æqualia: si non fibi correspondent, ergo vnum erit maius alio.

Vigesima:

*Decima quarta.**Decima quinta.**Decima sexta.**Decima septima.**Decima octaua.**Decima nona.*